

vacillante, ac depositi fidem proditurante: Semper sic  
judicari, pessimam illam omnium, rei alienae inuito  
domino contractationem esse, et furto longe <sup>magis</sup> nequiorum,  
quã fallimus depositi fidem. Tu dicis, nec <sup>audientem</sup>  
habebis, quasi Ewendelinus Ewendelino imperasset:  
Redhostiendi in presentia non animus, sed facultas deficit.  
Posset inueniri diacitatis meae in immensum aucta  
seges, ex quo ad Mosam Trajectum conuenimus. Sed  
ejusmodi apinarum, quae tandem ratio est, ad illam tuam  
<sup>audientem</sup> arctue perspectam et caelesti contemplationi intentissimam  
mentem. Colliguntur tamen thesauri illi, si dii placeat,  
ac Tijporum operi apparatus, qui nempe amicis  
placuit, amico animo, quod est plane non amico,  
non veraci ingenii mei multiplicem abortum arti  
mantibus. Sed est ut excludatur foetus ille, Putea  
num ~~et primo~~ imprimis et te vir summe principes  
hostium adorietur. Praemonendas duxi, ut quasi  
mollior ictus veniat teli praevisi. Vale Ewendeline  
Vir Maxime, et me ama vel immerentem, quem  
medullitus tuum.

Hagae Com: VII. Cal: Febr: CIDCXLIII. C. H.

Quid in mentem Puteano venerit, cur amico hosti  
rescribere negligat vel detrectet ad epistolam  
inde ab Augusto datam, qua rit et per hosce  
item versiculas, iisdem castris editos respondeat  
quantocius rogat. C. Huygens a Zuylichem:  
VII. Cal: Febr: CIDCXLIII.

(3411).  
P.P. Ruyding. Non possum non dolere vicem tuam. Vir Nobilissime ac  
Doctissime, qui per imprudentiam eos in casses incidis, ex  
quibus si expedire memet necesse habeam, qui nec peregrinus  
hic nec ignotus sum, eventum rei pendere, statnam a sola huma  
nitate detinentis Praefecti. Itaque casus tuus est; hoc de re  
ipsa Principis iudicium. quantacumque enim benevolentia  
sit aduersus exteros, praedam militi sub se merenti eripere,  
nec si possit, velit, nec si velit, possit. Praefectus autem ne  
quid vi aut injuria pati videaris, ad Ordines recte atque  
ordine pronocavit. Standum erit proinde horum sententia,  
neque, ut dicebam, si vel mea causa esset, alia pateret  
via. De decem millibus florenorum, ait Coluius joco  
Nactem

hactenus sermonem fuisse, neque dubium est quin longè minori pretio redimaris. quo ut se induci patiatur operam hinc verbis nuper, nunc ~~dedi~~ tenui per epistolam dedi, plane miseratus sortem tuam, et mea infensus, quæ me testari vetet, quam seriò commenda-  
 tos habeam, quorum soli vultus aut nomina vel obliquo radio Puteanæ luci illustrantur. Vale Vir nobilissime.  
 Haga Com: 3. Maij CIDIDCXLIII.

Bannio.

Vir Amplissime.

(342).  
 Epistolium illud prodromum, heri mihi traditum, primâ statim occasione datâ transmittô; ut videas quàm sit res tibi cum aduersario neque in humo, neque infendo, neque hercule omnium latinissimo, quò hinc inde senties, non sine risu. Caute verò ne parum alter alterius mentem assequamini, Magnam enim controuersia partem in eo sitam arbitror simul atque Triarij transfretauerint, curabo te adoriaturus. Interim Vale Vir Amplissime et me ama  
 Vale tuum.  
 In arce bornana. Præd: solstitii  
 astini. CIDIDCXLIII. C.H.

Puteano.

(343).  
 Quæ de Anagrammatismo, Vir Amplissime dilucide tu quidem atque ut maximas rerum soles, eleganter prosecutus es, auidè nec sine quodam sensu voluptatis perlegi. alterum exemplarium Soaswinkelio tum forte præsentì offerendum videbatur, stupendissimi, si nescis ingenij viro, et summâ rum infimarumque disciplinarum non minus quanto quam capaci. Non patiar te nescire, quò argumento statim libelli monitus, festiue mihi de Triscario narrabat, solere hunc per jocum, omnem Anagrammatismum auersari, dicentem, als mijn Anne gram is (Anna nomen est uxori) turbari totam domum. Porro si quis a te consulisset nos, ante hanc dissertatiunculam editam, aliquid fortasse non absoni neque ingrati accessisset quòd nunc vix tanti est, ut ut per epistolam docearis. Fiet hoc (non despero) collatis dextris, ubi Belgis dabitur utrinque Belgis esse. Vides quàm audeam seriò ad te rescribere, qui tam proluxâ humanitate munerum quoque selectissimorum perpetuâ oblatione me compellas. sed captanda occasio fuit, quâ quòd Maximiliano tuo impetrandum iusseras, commode et non